



36

DISSERTATIO JURIDICA INAUGURALIS,
DE
DISPOSITIONE
TESTAMENTARIA
IN FEUDIS,

QVAM
DIVINA FAVENTE CLEMENTIA
RECTORE ERFORD. ACADEMIÆ MAGNIFICENTISSIMO,
REVERENDISSIMO ET ILLUSTRISSIMO DOMINO,
DOMINO

PHILIPPO WILHELMO,
S. R. L. COMITE DE BOINEBURG,

SACRÆ CÆSARÆ ATQVE REGIÆ CATHOLICÆ MAJESTATIS CONSILIARIO
INTIMO ET CAMERARIO, NEC NON METROPOLITANARUM ECCLESIAKUM MO-
GUNTINÆ ET TREVIRENSIS, CANONICO CAPITVLARI SENIORE, ET RESPECTIVE
SUPREMO CHORI-EPISCOPO; EMINENTISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MO-
GUNTINI CONSILIARIO INTIMO, AC CIVITATIS TERRITORIQVE
ERFURTENSIS PRO-PRINCIPE,

PRÆSIDE,
PRO-RECTORE MAGNIFICO
DN. JOANNE PHILIPPO *Streit/*

J U. D.
REGIMINIS ELECTOR. MOGUNTINI CONSILIARIO ET FACULT. JURIDICÆ,
P. T. DECANO,
DN. PATRONO AC PROMOTORE DEVENERANDO
EX DECRETO ET AUCTORIT. MAGNIFICI JCTORUM ORDINIS


PRO LICENTIA
SUMMOS IN UTROQVE JURE HONOR. AC PRIVIL. RITE CAPESSENDI,
PUBLICÆ ERADITORUM DISQVITIONI
DIE XXIV. JULII M DCC XV. HORIS LOCOQVE CONSVETO
SUBMITTIT,
CHRISTIAN. PHILIPPUS AMLING, COBURG. FRANÇ.

ERFORDIÆ TYPIS JOH. HENRICI GROSCHII, ACAD. TYPOGR.

MÆCENATIBUS,
PATRONIS,
FAUTORIBUS
ATQVE
AMICIS

D. D. D.

A.



J. N. SS. T. A.

Thef. I.



Acquirendi modos ex Jure Civili plures recenset *Oldend. in Progymn. act. for. introducti ad Classsem 3. seu rubr. de acquirendo rer. Dom. n. 17. & seqq.* quos inter primus, *successio universalis, vel particularis ex testamento*, quia adita hæreditate, omnia jura ad hæredem transeunt abque ulla traditione vel quasi ex constitutione Jure Civili; licet possessio, etiamsi res naturaliter apprehensa, ad eum non transeat. Quemadmodum autem modi acquirendi ex jure civili sunt varii; ita etiam

A 2

ex

ex jure feudali acquirendi modi sunt diversi.

Thef. II.

Distinguntur autem modi feudum acquirendi, à modis constituendi. *Vulrej. libr. 1. cap. 3. n. 1.* constitutio autem feudi est alia ab ejus acquisitione: præcedit acquisitio, sequitur constitutio; & tamen possit fieri, ut utraque simul sit tempore; natura tamen acquisitio prior est constitutione. Quemadmodum enim materia servitutum quæ vel per actus inter vivos, vel per actus ultimæ voluntatis acquiruntur, per patientiam autem quasi traduntur & constituuntur, sic & feudum diversis modis acquiritur, per investituram autem constituitur. *cap. un. Quib. mod. feud. const. libr. 1. Tit. 25.* ubi *Gerardus* ait: *Sciendum est, feudum sine investitura nullo modo constitui posse.* quæ procedunt, si loquamur strictè & propriè: sæpe enim isti termini confunduntur, si sumantur in genere sic & *Oberius libr. 2. feud. Tit. 1. in fine* ait, feudum neminem

minem posse acquirere, nisi investitura, aut
 successione.

Thef. III.

Dictum fuit ex jure feudali acquirendi mo-
 dos esse diversos *Bonholten. cap. 7.* tres ponit,
 investituram, successione & praescriptionem.
Corvinus vero ponit sex scil. 1) promissionem,
 seu concessionem feudi, 2) appropriationem,
 3) judicis sententiam, 4) praescriptionem, 5)
 successione, 6) investiturae petitionem.

Thef. IV.

Quod autem feudum acquiri possit per
 actus inter vivos, non est dubium, & impri-
 mis est certum, quod acquiri possit per actum
 gratuitum, qualis est donatio, ut patet ex texti-
 bus, in quibus feudum vocatur beneficium,
 plerumque enim Domini feuda, praecipue ad
 se reversa, aliis donare & gratis concedere
 solent.

A 3

Thef.

Thef. V.

Certum insuper est, quod contractu oneroso, qualis est emtio feudum acquiri possit, probatur id ex textu *cap. un. §. fin. lib. i. Tit. i.* in verbis: *vel etiamsi aliquid propter feudum acceperint tunc enim, nisi restituto pretio auferre non possunt. cap. unic. de natura feudi lib. i. Tit. 7.* in verbis: *etiamsi emerit feudum.* & variis aliis. Quæ procedunt etiam de feudi emtione & venditione, ut ea fieri possit pacto etiam legis commissoriæ interveniente, nihil enim iniquitatis involvit, ut si pretium non solvatur, feudum inemptum sit, hoc tamen pactum in pignoribus est reprobatum.

Thef. VI.

Videtur etiam dicendum, quod per dispositionem testamentariam feudum acquiri possit, ex ratione, quod quicquid alicui conceditur inter vivos, multo magis id in ultimis voluntatibus concedendum sit, cum liberum esse debeat id, quod non amplius redit, arbitrium.

L. I.

L. 1. Cod. de SS. Eccles. quod haud dubie procedit, dum quis testator vel in testamento, vel in codicillis alicui rem mobilem, sive propriam, sive alienam relinquit, ut illam feudi nomine habeat: ubi si res aliena fuerit relicta, debet eam heres redimere, & eum cui relicta est, desuper investire, actus enim ille spem facit feudi constituendi: investitura autem demum, quod in spe erat, revera constituit. *Struv. Syn- tagm. jur. feud. cap. 7. §. 3.*

Thef. VII.

Quæritur autem num Vassallus in testamento de feudo disponere possit? Resp. Vassallus non potest in testam. disponere super bonis feudalibus, & licet super iis disponat, Dispositio tamen nulla est. *Textus in cap. un. de success. feud. lib. 1. Tit. 8.* qui habet: *quod nulla in feudo maneat, vel valeat defuncti ordinatio.* addit Gothofredus *in notis lit. n.* succedendi ordinem in feudis vassallus mutare non potest; feudum enim ad res alienas spectat, de quibus testari non possumus. *L. verbis 120. ff. de*

de V. S. & insuper hoc Domino præjudicaret, cui invito alius Vasallus non potest obtrudi. Textus in *cap. un. de fratribus, de novo beneficio investitis lib. 2. Tit. 12.* in verbis *ne forte invitus Dominus alium, quam quem voluerit sibi acquirat vasallum* & per investituram, descendentibus & agnatis jus quæritur *cap. un. §. 1. lib. 1. Tit. 1. cap. un. de alienat. pater feud. lib. 2. tit. 39.* quod ipsis sine ipsorum facto auferri nemo potest, etiamsi agnati consenserit.

Thef. IIX.

Quod adeo verum est, ut, licet liberi, etiam filii, à patre in bonis allodialibus inæqualiter hæredes sint scripti, in bonis tamen feudilibus succedant æqualiter, & pro parte virili *dict. lib. 1. tit. 1. §. 1.* in verbis: *quod hodie ita stabilitum est, ut ad omnes æqualiter veniat ita* Zasius *part. 8. n. 60.*

Thef. IX.

Volunt aliqui dicta procedere, sive feuda sint antiqua sive nova: & quod plus est, etiam si

iamſi patris teſtatoris induſtria, pecunia, vel ex alia qualibet re ſua, vel etiam beneficio- rum atque benemeritorum ſuorum non filio- rum contemplatione fuerint acquiſita. ita Corvinus *lib. 1. tit. 3.* Qui ulterius continuat, aſſerendo, quod filii non præjudicent ſibi, tametſi patris hæreditatem in bonis allodiali- bus conſiſtentem, ſecundum teſtamenti for- mam adeant, aut ſtatim ab initio in patris ſui ordinationem expreſſe conſentiant, vel eam poſtea ratam habeant; quoad teſtamenti fa- ctionem enim ordinationi juris feudalis con- ſenſus privatorum prævalere non poteſt; & ipſe deſcendentes non poſſunt jus conſuetudi- narium in feudis, quod etiam commodum directi Domini reſpicit, privatis partionibus immutare.

Theſ. X.

Hinc inferant, quod non poſſit pater ha- bens plures filios in feudo plus aſſignare uni filio, quam aliis, quia ex providentia legis virtute inveſtituræ ſimpliciter & abſolute con- ſtitu-

B

ſtitu-

stitutum est, ut mortuo patre, vasallo omnes filii æqualiter in feudo succedant, quod jus per ordinationem testamentariam pater illis auferre non potest, ut à fortiori nulli ex filiis suis feudum totum prælegati titulo relinquere possit. Id ipsum probant ex allegato textu *lib. 1. Tit. 1.*

Thef. XI.

Distingunt tamen alii circa feudum ex pacto & providentia, inter novum & antiquum; de illo patrem in præjudicium filiorum accedente Domini consensu disponere posse tradunt citati à *Richtero Decis. 25. num. 13.* De hoc vero nullam dispositionem valere in præjudicium filiorum, communiter sentiunt, nisi is ipse qui succedit in feudo, sit etiam hæres in allodio, adeoque factum defuncti præstare, & testamentum etiam respectu feudi teneatur servare. *Struv. Syntagm. jur. feudal. cap. 9. §. 12.*

Thef.

Thes. XII.

Si vasallus nullos ex se descendentes habeat, in feudo novo non potest præjudicare directo domino, ad quem in tali casu feudum redit. Textus in *2. feud. tit. de fratrib. Et de novo beneficio investitis 12. in fin.* Hinc si in hoc casu directus dominus consentiat vasallo, ut testamento de feudo suo disponat, testamentum ab eo factum valebit. Contra quam decisionem non procedit argumentum à filio-famil. quod is ne quidem consentiente patre testamentum facere possit, desumptum, cum is sit persona secundum jus XII. Tabb. ad testamentum inhabilis, quem pater habitare non potest; vasallus autem sit persona habilis, qui tantum testari non potest in casu hic posito, propter præjudicium directi Domini, quod hujus consensu tollitur.

Thes. XIII.

Porrò cum nemo possit legare, nisi qui potest testari, sequitur quod vasallus feudum
 B 2 neque

neque legare possit alteri §. 1. lib. 2. feud. tit. 9.
 §. 55. ubi in textu priori Gothofred. in notis
 lit. Q. addit testari de feudo suo etiam pias
 ad causas vasallus non potest, quod ita rece-
 ptum non piæ causæ odio, sed ex natura ipsius
 feudi, cujus alienatio est interdicta. Non
 debetur itaque feudum piæ causæ legatum.
 Sed num saltem debebitur æstimatio. Resp.
 Negative, ita Gothofred. rationem hujus dat
 Clarus lib. 4. sent. §. feudum Q. 40. num. 4.
 Quando enim aliquis habens jus in re, quod
 est morte periturum, illam legat alteri, cen-
 setur legasse solummodò illud jus quod habe-
 bat, neque debetur aliqua æstimatio, nisi
 expressa adsit testatoris voluntas. Struv. Syn-
 tagm. jus feud. dict. cap. 9. §. 12. num. 9. ubi
 notat, quod si vasallus simul de allodiali-
 bus testamentum condat, licet de feudali-
 bus non valeat, tamen quoad allodialia sub-
 sistat.

Thef.

Thef. XIV.

Quando vasallus testamento suo ei, qui alias intestatæ successionis jure ad successionem feudi fuisset admissus, de feudo providit, tali casu de feudo non disponit in testamento, sed à jure dispositum approbat & confirmat, commodum tamen in eo heredes scripti habere possunt, ut ex *L. fm. Cod. de Edict. D. Adr. toll.* bonorum possessionem consequantur.

Thef. XV.

Si quæras quare vasallus feudum quod habet, alteri in feudum concedere possit, & non etiam alteri in testamento relinquere vel legare? Resp. fortè ideo, quia in vivis ita faciles ad alienandum non sumus, sicut in ultimis voluntatibus, ut argumentum ex titulo de lege Fusia Caninia desumi possit.

Thef. XVI.

De feudo mere hæreditario, quod directus dominus alicui concessit, & hæredibus quibuscunque dederit, liberè disponere vasallo licet, propter singularem investituræ tenorem, quo tale feudum ab aliis etiam quoad ipsam essentiam deflectit. *Struv. §. 12. num. 1.* pacta enim dant legem contractibus. per *L. contractus 23. ff. de R. J.* confirmatur id ipsum ex *lib. 2. feud. tit. de feudo non habente prop. natur. feud. 28.* in quo dicitur feudum sub præfata formula concessum esse feudum improprium, & quod vasallus id vendere vel donare, vel aliter, si sibi placuerit, etiam sine voluntate Domini alienare possit. Ergo etiam per testamentam. Clausulâ verò hac in *prima investitura* non oppositâ, successor in feudo, dum renovat investituram, tale pactum etiam ex consensu domini directi apponere nequit, quia tunc in præjudicium aliorum cognatorum à primo acquirente descendentium talis clausula apponeretur, quod fieri nequit,

nequit, ne jus illis ex tenore primæ investituræ acquisitum auferatur, vel saltem diminuat.

Thef. XVII.

Feudum itaque mere & absolute hereditarium quo ad successionem & ejus effectum pro re hereditaria reputatur, & in eo jure hereditario succeditur, ita ut feudum idem corpus & patrimonium inseparabile fiat, cum ceteris rebus hereditariis consequenter feudum secundum dicta de eo per testamentum disponi possit, illudque ad instar rerum hereditariarum in hereditatis petitionem veniat, filio in legitimam imputetur, cum fideicommissio universali transeat, nec non jure hereditario ad heredes extraneos. *Hartmann. Pistor. part. 2. quest. 1. num. 61.* & in præjudicium agnatorum pro libitu alienari possit *Hartmann. Pistor. dict. part. 2. quest. 14. num. 1. Carpzov. part. 2. constit. 47. Desin. 1. n. 10. seqq.*

Thef.

Thef. XIIX.

Feudum vero hereditarium secundum quid in solo modo succedendi recedit à communi feudi natura, ita ut vasallus in eo perinde succedat modo hereditario civili, ut in re allodiali, adeoque factum defuncti teneatur præstare, & alienationem feudi nequeat revocare. *Hartmann. Pistor. dict. quest. 1. num. 38.* in cæteris propriam feudi naturam retinet, unde de eo non potest disponi, Domini consensu non requisito, iisdem ex causis amittitur quibus alia amittuntur feuda, masculi tantummodo in eo succedunt *Carpz. dict. De fin. 1. num. 17. seqq.* & dispositioni statutariæ non subjacet. Hoc quibusdam respectu mere & absolute hereditarii, mixtum dicitur, quod nodus succedendi hereditarius civilis feudo ex pacto & providentia sit admixtus *Struw. Syntagm. jur. feud. cap. 4. §. 13. num. 3.* ex consuetudine tamen vel pacto foeminae in hoc feudo etiam succedere possunt *Struw. dict. §. 13. num. 5.*

Thef.

Thes. XIX.

De præceptis feudi fructibus, cum vasallus eos suos faciat, de iis testari potest, quod etiam de fructibus ultimi anni dicendum videtur 2. feud. 8. §. *his consequenter* etiam de melioramentis feudi, censentur enim jure allodialium, insuper de pretio feudi legitime venditi, quod jure allodialium pariter censetur. *Schneidero. part. 1. cap. 2. num. 24. 25.*
 § 34.

Thes. XX.

Feudum si legitime oppignoratam sit, de isto pignoris jure creditor tam inter vivos, quam ultima voluntate libere disponere potest, quia jus illud est hereditarium & allodialle, cum nullibi inveniatur statutum, id esse feudale, pignoris enim obligatio est accessoria ad principalem, quæ est allodialis, consequenter & accessoria erit allodialis, & sic liberæ dispositionis, tam quia pignoris est natura, ut debitore existente in mora, creditor
 C illud

illud jus, quod habet in pignore, possit quolibet titulo in alium transferre. *L. i. 2. Cod. si pignus pign. datum sit.* Unde directus Dominus, qui consensit ad pignorandum, censendus est secundum naturam pignoris suum consensum dedisse ad alienandum *arg. L. plenum 12. §. Equitii. de usu & habit. feudum* tamen proprie pignoratitium, de quo quis in specie investitus est, feudi indolem retinet excepto eo, quod redimi possit. *Stryk. in exam. jur. feud. cap. 14. quest.* Et hæc sunt quæ pro temporis ratione proferre licet.

SOLI DEO GLORIA.



DISPUTATIO INAUGURALIS

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint text, possibly a date or author's name.

JOHANNES PHILIP...
Faint text, likely bleed-through from the reverse side of the page.



DISPUTATIO INAUGURALIS

HIS OVAE IN

FRATREM ERGIS

FRATRES

FRATRES

FRATRES

FRATRES

FRATRES

FRATRES

FRATRES

FRATRES

FRATRES

FRATRES

FRATRES

FRATRES


FRATRES


FRATRES

FRATRES









B.I.G.

Farbkarte #13

36

DISSERTATIO JURIDICA INAUGURALIS,
DE
**DISPOSITIONE
TESTAMENTARIA
IN FEUDIS,**

QVAM
DIVINA FAVENTE CLEMENTIA
RECTORE ERFORD. ACADEMIÆ MAGNIFICENTISSIMO,
REVERENDISSIMO ET ILLUSTRISSIMO DOMINO,
DOMINO

PHILIPPO WILHELMO,
S. R. L. COMITE DE BOINEBURG,

SACRÆ CÆSARÆ ATQVE REGIÆ CATHOLICÆ MAJESTATIS CONSILIARIO
INTIMO ET CAMERARIO, NEC NON METROPOLITANARUM ECCLESiarUM MO-
GUNTINAE ET TREVIRENSIS, CANONICO CAPITVLARI SENIORE, ET RESPECTIVE
SUPREMO CHORI-EPISCOPO; EMINENTISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MO-
GUNTINI CONSILIARIO INTIMO, AC CIVITATIS TERRITORIQVE
ERFFURTENSIS PRO-PRINCE,

PRÆSIDE,
PRO-RECTORE MAGNIFICO
DN. JOANNE PHILIPPO *Streit/*
J U. D.

REGIMINIS ELECTOR. MOGUNTINI CONSILIARIO ET FACULT. JURIDICÆ,
P. T. DECANO,
DN. PATRONO AC PROMOTORE DEVENERANDO
EX DECRETO ET AUCTORIT. MAGNIFICI JCTORUM ORDINIS
PRO LICENTIA

SUMMOS IN UTROQVE JURE HONOR. AC PRIVIL. RITE CAPESSENDI,
PUBLICÆ ERADITORUM DISQVIGATIONI
DIE XXIV. JULII M DCC XV. HORIS LOCOQVE CONSVETO
SUBMITTIT,

CHRISTIAN. PHILIPPUS AMLING, COBURG. FRANCO.

ERFORDIÆ TYPIS JOH. HENRICI GROSCHII, Acad. TYPOGR.